



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

6 Vtrum moueatur a Deo solo, sicut ab exteriori principio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

malioris, & uniuer-
salioris virtutis, quā
corpus, excluditur
palsio a corpore non
solum ut effectiuo,
sed etiā ut a formali
principio, qđ est ex-
cludere motione ab
eo per modum obie-
cti, ut in 1. arti. huius
q. dictum est.

Art. 3. huius
q. & p. p. 80.
& 81.

Parti a prin-
cip. libri.

Cap. 7. cir-
ca h. 10. 3.

Infra q. 80.
artic. 1. Et 1.
q. 105. artic. 4.
& q. 111. ar-
tic. 2. Et 3.
contra c. 88.
89. 91 & 92.
pri. Et mal.
q. 3. artic. 3.
eor. & q. 16.
art. 5. cor. &
ad 13.

Cap. 4. de di-
ui. no. nō re-
mote a prin-
cip.

Ad hoc breuiter
dicitur, qđ secundum
ueritatē neutro mo-
do corpus pōt agere
in rem immaterialē
propter rationē al-
latā, & plures alias,
quas uide, si uis, in 3.
contra Gen. c. 84. &
85. Vnde & in prin-
cipio dictū est,
& declaratum, quod
phantasmata nō nisi
facta in actu lumine
intellectus agentis,
possunt mouere intel-
lectum. Et uique
adeo diuus Thom. in
quasi. 84. arti. 6. hoc
ponderauit, ut con-
cluderet, quod tota
cognitio sensibilis,
uique scilicet ad co-
gnituum inclusiue,
non est causa intelle-
ctualis nouitæ, sed
est materia causæ, sci-
licet intellectus agē-
tis. Ratio autē qua-
re conceditur & hic,
& alibi, quod volun-
tas, seu intellectus,
mouetur ab exteri-
ori tanquam obiecto,
& non tanquā a mo-
tore ad exercitium,
est, quia ad mouen-
dum obiectiue exte-
riora concurrunt, &
si non sufficienter, ta-
mē inchoatiue me-
diare, & ut materia
obiecti. Ad mouen-
dum autem ad exerci-
tium, nullo modo
concurrant ex parte
motoris ad exerci-
tium. Est enim talis
motor solus Deus
cū ipsa uoluntate, ut
in quæstione patet.

corporum, & in quantum etiam
appetitus sensituius comouetur
ex impressione celestium corpo-
rum: & ulterius in quantum cor-
pora exteriora mouentur secun-
dum motum celestium corporū,
ex quorum concursu uolūtas in-
cipit aliquid uelle, & non uelle: si-
cut adueniente frigore incipit ali-
quis uelle facere ignē: sed ista mo-
tio uoluntatis est ex parte obiecti
exterioris presentati, non ex parte
interioris instinctus.
AD TERTIUM dicendum, quod
sicut * dictum est, appetitus sensi-
tuius est actus organi corporalis;
vnde nihil prohibet ex impressio-
ne corporum celestium aliquos
esse habiles ad irascendū, uel con-
cupiscendū, uel aliquam huius-
modi passionem: sicut & ex com-
plexione naturali plures hominū
sequuntur passionē, quibus soli
sapientes resistunt. Et ideo, ut in
pluribus, verificantur quæ pronū-
ciantur de actibus hominum se-
cundum considerationem cele-
stium corporum. Sed tamen, ut
Ptolemæus dicit in * Cæloquio;
Sapiens dominatur astris, scilicet,
quia resistens passionibus, impe-
dit per uoluntatem liberam, &
nequaquam motui celesti subie-
ctam, huiusmodi celestium cor-
porum effectus: uel, ut * August.
dicit 2. super Genes. ad literam,
fatendum est, quando ab Astro-
logis uera dicitur, instinctu quo-
dam occultissimo dici, quæ ne-
scientes humanæ mentes patiuntur:
quod cum ad decipiendum
homines sit, spirituum seducto-
rum operatio est.

ARTICULVS. VI.

Utrum uoluntas moueatur a Deo solo,
sicut ab exteriori principio.

AD SEXTUM sic proceditur.
A Videtur, quod uoluntas non
a solo Deo moueatur, sicut ab ex-
teriori principio. Inferius enim
natū est moueri a suo superiori,
sicut corpora inferiora a corpo-
ribus celestibus: sed uolūtas ho-
minis habet aliquid superius post
Deum, scilicet Angelum, ergo uo-
luntas potest moueri, sicut ab ex-
teriori principio, etiā ab Angelo.
¶ 2. Præt. Actus uoluntatis sequi-
tur actum intellectus: sed intelle-
ctus hominis reducitur in suum
actum nō solum a Deo, sed etiam
ab Angelo p illuminationes, ut *
Diony. dicit: ergo eadem ratione
& uoluntas.
¶ 3. Præt. Deus non est causans nisi

bonorum, secundum illud Gen. 1.
Vidit Deus cuncta quæ fecerat, &
erant valde bona. Si ergo a solo
Deo uoluntas hominis mouere-
tur, nunquam moueretur ad ma-
lum, cum tamen uoluntas sit qua
peccatur, & recte uiuitur, ut * Au-
gust. dicit.

SED CONTRA est, quod Aposto-
lus dicit ad Phil. 2. Deus est q ope-
ratur in nobis uelle, & perficere.

RESPON. Dicendum, qđ motus
uoluntatis est ab intrinseco, sicut
& motus naturalis. Quāuis autē
rem naturalem possit aliquid mo-
uere, quod non est causa naturæ
rei motæ: tamen motum natura-
lem causare non potest, nisi quod
est aliquo modo causa naturæ. Moue-
tur enim lapis sursum ab homine,
qui naturam lapidis non causat:
sed hic motus non est lapidi natu-
ralis: naturalis autem motus eius
non causatur nisi ab eo, quod cau-
sat naturam. vnde dicitur in 8. Phy-
sicos. * qđ generans mouet secun-
dum locum grauiæ & leuiæ. Sic
ergo hominem uoluntatem habentem
contingit moueri ab ali-
quo, qui non est causa eius: sed
quod motus uoluntatis eius sit
ab aliquo principio extrinseco,
quod non est causa uoluntatis, est
impossibile. uolūtatē autem cau-
sari nihil aliud esse potest, quam
Deus. Et hoc patet dupliciter. Pri-
mō quidem ex hoc, quod uolun-
tas est potentia animæ rationalis,
quæ a solo Deo
causatur per creationē, ut in 1. dictum est. * Secun-
dō uero ex hoc, qđ uoluntas habet ordinem ad
uniuersale bonum. vnde nihil aliud potest esse uolun-
tatis causa, nisi ipse Deus, qui est uniuersale bonum.
Omne autem aliud bonum per participationem di-
citur, & est quoddam particulare bonum: particu-
laris autem causa non dat inclinationem uniuersa-
lem. Vnde nec materia prima, quæ est in potentia
ad omnes formas, potest causari ab aliquo particu-
lari agente.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Angelus nō
sic est supra hominem, quod sit causa uolūtatē eius:
sicut corpora celestia sunt causa formarum natu-
ralium, ad quas consequuntur naturales motus cor-
porum naturalium.
AD SECUNDUM dicendum, quod intellectus ho-
minis mouetur ab Angelo ex parte obiecti, quod
sibi proponitur uirtute Angelici luminis ad cogno-
scendum. & sic etiam uoluntas ab exteriori creatu-
ra potest moueri, ut * dictum est.

AD TERTIUM dicendum, qđ Deus mouet uolūta-
tem hominis, sicut uniuersalis motor, ad uniuersale
obiectū uolūtatē, quod est bonū. Et sine hac uniuer-
sali motione homo nō potest aliquid uelle: sed ho-
mo per rationem determinat se ad uolendū hoc, uel
illud, quod est uerē bonum, uel apparēs bonum. Sed
tamē interdum specialiter Deus mouet aliquos ad
aliquid determinate uolendū, quod est bonum: si-
cut in his quos mouet per gratiā, ut * infra dicitur.

rum sit absolute, in
genere tamen exte-
rioris principij non
comprehenditur ip-
sum: quia est prin-
cipium intrinsecum,
sed solummodo da-
tor nature, aut no-
luntatis. Secundo, qđ
in response ad ter-
tium habetur, quod
Deus non solum po-
tentiam uoluntatis
dat, sed actum uolen-
di clausum in omni
actu uolendi ipsam,
scilicet uolitionem
boni. In omni enim
uolitione hæc uoliti-
o clauditur, ut prin-
cipium in conclusio-
ne. Et propterea in
litera dicitur, quod
ex hac uolitione uo-
luntas p rationē de-
terminat se ad hoc,
uel illud bonum, ue-
rē, uel apparetē, &
sine illa præsuppo-
sita uolitione, nihil
omnino uelle pōt:
sicut nec sine prin-
cipiorum cognitione,
intellectus aliquid nos-
se potest. Et hæc uo-
luntatis est illa, ad quā
dictum est oportere
uoluntatem moueri
ab alio, etiam quod
ad exercitium actus.
Secundū hanc enim
ferunt actu in finem,
& ex hac uult quic-
quid uult.

L. lib. 1. rem
da. cap. 4.
med. to. 1.

Text. 17. 30
30 31. 1. 1. 1.
no 2.

I. q. 41.
co. Et
21. ar. 1.
Et ma.
117. 2. 2.
* Et
162. 4.

P. P. q. 90. 11
tic. 2. & 4.

Artic. 4.

q. 109. 8
112.

